

VNDE IDOLVM DICATVR.



Iophantes, Lacedæmonum autor, libros scripsit antiquatum xiiii, in quibus ait Sytophané Aegyptium familia substantiāq; locupletē filium genuisse, quē uoluit enormis substantiæ successorē ineffabili, ultra quām paternitas exigebat affectu erga filium deditum. Isq; dum aduersis fortunæ incur-
sibus raperetur, patti crudele geminæ orbitatis dereliquit elogium, & ut posteritati per-
petuale suffragium denegasset, & substantiæ propagandæ subitam interceptionem oblige-
ret. Quid igitur faceret, aut fœcunda paternitas hac sterilitate damnata, aut felix substanciæ in successione curata, parum erat non habere, quod habuit, nisi etiam esset, qui obti-
neret quod reliquit. Deniq; doloris angustia, quæ semper inquirit necessitatis solacium
filii sibi simulachrum in ædibus instituit. Dumq; tristitiae remedium quærit, seminatio
potius doloris inuenit, nesciens quod sola sit in medicina miseriarū obliuio. Fecerat enim
ille, unde luctus resurrectionis in dies adquireret, nō in quo luctus solarium inuenit.
Deniq; idolum dictum est idodinin, quod nō latine species doloris dicimus. Namque
uniuersa familiæ in domini adulatio[n]e, aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odo-
ramenta simulachro succendere consueuerat. Non nulli etiam seruorum culpabiles do-
mini furiam euitantes ad simulachrum profugi ueniam merebatur, & quasi salutis ces-
tissimo collatori, florum aut thuris offerebant munuscula, timoris potius effectu quām
amoris affectu. Deniq; huius rei non immemor & Petronius ait, primus in orbe deos,
fecit timor. Nam & Mintanor musicus in Chromatopion libro musicæ artis, quē scri-
psit ait, Dominum doloris, quē prima conputatio humani finxit generis, ex inuenien-
tus error, humanis pedetentim consertus disciplinis, baratto quodam saeuæ crudelitati
prolabitur.

Saturnus.



Atumnus Pollucis filius dicitur, Opis maritus senior, uelato capite falcem ge-
tens, cuius uirilia abscisa & in mare proiecta Venerem genuere. Itaq; quid si
bi de hoc philosophia sentiat audiamus. Tum illa. Saturnus primus in Iau-
nia regnum obtinuit, hicq; per annone prerogatione ad se populos attrahens
à saturando dictus est Saturnus: Opis quoq; uxor, eo quod opem esurientibus fert di-
cta est, Pollucis etiam filiū, siue à pollēdo, siue à pollucibilitate, quam nos humanitatem
dicimus. Vnde & Plautus in comœdia Epidici ait, Bibite, pergræcamini pollucibiliter.
Velato uero capite ideo fingitur, quod omnes fructus foliorū obnupti tegantur umbra-
culo. Filios uero suos comedisse fertur, quod omne tempus quodcumq; gignit, cōsumit.
Falcem etiam fert non immerito, siue quod omne tempus in se uergat, ut curuamina fal-
cium, siue propter fructū, unde etiam & castratus dicitur, quod omnes fructuum uires
abscisæ atq; in humoribus uiscerū ueluti in mare proiectæ, sicut illic Venerem, ita & libi-
dinem gignant necesse est. Nam & Apolophanes in epico carmine scribit Saturnum
quasi sacrum νόν, νός enim græce sensus dicitur, aut satorem νό, quasi diuinum sensum
creantem omnia, cui etiam quatuor filios subiiciunt, primū Iouem, secundū Iunonem
tertium Neptunum, quartū Plutonem, & quasi Poli filium quatuor elementa gignen-
tem, id est, primum Iouem ignem, unde & Ζεύς græce dicitur, Ζεύς enim græca signifi-
catione siue uita siue calor dici potest, siue quod igne uitali animata omnia dicerentur, ut
Heraclius uult, siue quod hoc elementū caleat, secundū Iunonem, quasi aërem, unde Αέρ
græce dicitur, & quamuis aërem masculū ponere debuerint, tamen ideo soror est Iouis,
quod hæc duo elementa sibi sunt ualde consocia. Ideo Iouis & coniugem, quod mani-
tatus aër igne feruescat. Nā & Theopompus in Cypriaco carmine, et Hellanicus in Dios
philologia, quam descripsit, ait Iunonem ab Ioue uinctā catenis aureis, & degradatum
in nudibus ferreis. Illud nihilominus dicere uolentes, quod aër igni cœlesti coniunctior
duobus deorum elementis misceatur, id est, aquæ & terræ, quæ elementa duabus su-
perioribus grauiora sunt.

Neptu-